



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Directorivm Ecclesiasticae Disciplinae, Coloniensi
praesertim Ecclesiae accommodatum**

Frangipani, Ottavio Mirto

Coloniae Agrippinae, 1597

VD16 F 2269

De Præpositis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62032](#)

dem litterarum transumptis, manu alicuius notarii publici subscriptis, & sigillo alicuius Prælati, seu personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibetur in iudicio, & extra illud, quæ eisdem presentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensa. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ sanctionis, decreti, declarationis, inhibitionis, reuocationis, cassationis, irritationis, statuti, derogationis & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contrarie. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Datum Roma apud Sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicae 1571. octavo Idus Augusti. Pontificatus nostri anno sexto.

Cæ. Glorierius

H. Cumyn.

Anno à nativitate Domini 1571. Indictione decima quarta, die verò vigesima secunda mensis Augusti, Pontificat. Sanctiss. in Christo Patris & D. N. D. Pij diuina prouidentia Papæ V. anno eius sexto, retroscriptæ litteræ affixaæ & publicatae fuerunt, in locis retroscriptis per nos Ioannem de Guerardis, & Alamanum de Alamanis Curores.

Philibertus Chapuis, Magist. Cursus.

DE PRÆPOSITIS.

Intr Ecclesiæ Prælatos, multis locis, primum locu post Episcopum obtinent Præpositi, qui (iuxta caput 12. statutorum Conradi Archiepiscopi Colonensis, & Concil. prouinciale sub Adolpho 3. pag. 435. nec non iuxta inquisitionis formulam, quæ in Ecclesijs Cathedralibus & Collegiatis, ex eiusdem Archiepiscopi præscriptione obseruanda est pag. 478. §. 12.) Iurisurandi sacramento tenetur, res, bona, statuta, iura, & priuilegia Ecclesiærum, potenter & patenter defendere, bonas consuetudines obserua-

seruare, & quæcunque ad utilitatem & pacem Ecclesiæ
rum quo quis modo pertinent, curare, promouere, & ab
omni damno ac iniuria vindicare; In his Decanis ac Ca-
pitulis adesse, cooperari, omnesque ad subueniendum
sollicitudinis, potestatis, & authoritatis suæ neruos inten-
dere. Et si rei magnitudo, aut difficultas eorum vires suæ
rauerit, eorum est, ad Episcopum recurrere, & quod vel in au-
thoritate vel in potestate, aut aliâs quo quis modo deside-
rauerint, ab eo requirere. Talis si vñquā Ecclesijs opus fu-
rit, nūc, rebus Ecclesiarū & Ecclesiasticarū personarū, hu-
ijs florentissimâ quondam Dioecesis, domi ac foris om-
nibus modis miserrimè afflctis, & perturbatis, ac indig-
nis modis oppressis, summopere opus & maximè est ne-
cessarius.

Prouerb. 6.

*Ioannes Mo-
laus Theo-
logus Loua-
niensis lib. 2.
cap 4. de Ca-
nonicis.*

Prouerb. 6.

Quod Præpositis sæpe & multum cogitandum est, ac
seriò diligentissimeque perpendendum. Illaqueati sunt
enim verbis oris sui, & ad præstanta quæ præscripta sunt,
non ob hoc tantum debitores, quod præ cæteris amplio-
res Ecclesiarum fructus percipient, qui tamen multis lo-
cis iusto Dei iudicio, propter intermissam residentiam,
vt non incelebris Theologus sentit, multum sunt accusati,
sed etiam quia seead hæc solenni Iuramento obstrinx-
erunt. Discurrentigitur, festinent, non dormitent palpe-
bræ eorum, satagant vt current, quæ interposita sacrosan-
ctorum Euangeliorum fide curanda receperunt. Nam si
aut negligentes fuerint, aut ociosi, corumque incuria Ec-
clesia datum accepit, de neglecto officio habebun-
tur infideles, de accepto beneficio censebuntur iniqui,
de violato sacramento dicentur periuri, & ad resarcien-
da damna iudicabuntur obligati.

2. Quamobrem in Concilio Provinciali, quod Anno
1549. sub Adolpho tertio peractum est, pag. 435. iustissimum
decretum & statutum est, vt Præpositi, qui à suis Colle-
gijs ad bonorum, priuilegiorum, iurium, & statutorum de-
fensionem, expensis Capitulorum, necessitatis tempore,
vel

vel imminentि periculo requisiti, muneri suo satisfacere neglexerint, & inde Ecclesia vel Collegium damnum accipiat, pœnam incident, pro damni accepti magnitudine, & Præpositi negligentia ab Episcopo seu Superioribus taxandam, & moderandam. Quam Constitutionem innouantes, declaramus Præpositos, ad ea quæ officij & muneris sui sunt, non solū cū rogantur & requiruntur teneri; sed & perpetuò ipsos debere esse vigiles, vt prouideant, vt consulant, vt procurent, vt seruent, vtque qui-
buscumque possint modis, prosint, & Ecclesiæ suæ, à qua honorē, dignitatem, & stipendia accipiunt, officium prestant, tanquam fidelis & prudens seruus, quem constituit Dominus super familiam suam. Neque enim datur ali- Matt. 24 D.
cui ab Ecclesia dignitas aut honor, ad quietem, ad otium, ad luxuriandum, ad superbiendum, vel vt viuat secundum voluntatem suam, & expletat desideria carnis suæ; sed ad laborē, & ad onera, vtque eò magis prospicit, & plura præstare possit, tantoque ad seruendum Ecclesijs sit prōptior, & ad præstandum officium sollicitior, quanto ei ex accepto honore, dignitate, & stipendiorum amplitudine, existit obligatior.

3. Non itaq; recedant ab Ecclesia cui seruiunt, sed quæ de residentia, titulo de Prælatis præscripta sunt, exactissimè obseruent. Et vt de ipsis cap. 139. in Concilio Aquisgranensi, sub Ludouico Augusto, constitutum est, pro eo quod alijs prelati sunt, nequaquam parvi pendant Canonica instituta; sed quanto plus implicantur in fratrum curis, tāto magis studeat coelestibus obtēperare monitis.

4. Solent quoque Præpositi Concilijs & Synodis interesse, tanquā sui Episcopi præcipui Senatores & Consilia-rij; Gaudent insuper quidam singulari prærogatiua in Collatione beneficiorum, & in inuestitione seu institutione beneficiorum: Quæ in electione Præpositi diligenter erunt consideranda & expendenda, vt talis eligatur, qui muneri suo satisfacere possit, & eiusmodi

virtutibus pollet, quæ in consiliario, in dispensatore, in defensore, ac protectore requiruntur.

6. Sit itaque rerum Ecclesiasticarum peritus; iudicio rectus, liber & defecatus; consilio prouidus, acris & resolutus; in disponendo industrius; in distribuendo fidelis, prudens, integer, & iustus: Qui non festinet de patrimonio Christi, se vel suos ditare; sed studeat dignostantum promouere: Qui Ecclesias non spoliet, sed emendet: Qui non sit ociosus, multo minus delitijs resolutus, atra supinus pompis; sed in agendo strenuus, in defendendo assiduus, in aduersitate securus, in prosperitate devotus, actu semper reuerendus, pietate præcellens, exemplo omnibus imitandus: Qui diuites non palpet, sed terreat; minas Principum non paueat, sed contemnat; cuius feruorem, zelum, & authoritatem, reuereantur boni, timeant mali.

7. Si qui Præpositi habeant Archidiaconatum vel Archipresbyteratum suæ dignitati annexum; ad illa quoque omnia, quæ de Archidiacono & Archipresbytero dicenda sunt, idonei sint, eademque eò diligentius & perfectius exequantur, quòd dignius præ illis nomen maioremque autoritatem acceperunt.

DE ARCHIDIACONIS.

I.

CVm dignitates in Ecclesijs, præsertim Cathedralibus
ad conseruandam augendamque Ecclesiasticam disciplinam fuerint instituta: vt qui eas obtinerent pietate præcellerent, alijsque exemplo essent, atque Episcopos operæ ac officio iuuarent: meritò Archidiaconi tales esse debent. Qui in partē sollicitudinis a Episcopalibus vocati sunt, vt Episcopo cooperentur, & cum eo onus populi sustineant, vt non ille solus grauetur. Propter quod à Partibus oculi Episcopi, eiusque b Vicarij aliquando nominantur, quia omnia quæ exercent ad Episcopos pertinēt.

Quo-

a Adolph 3 in
preparatione
ad visitatio
nem pa 474.
c.
De officio
Archidiaco
ni Cap vi Ar
chidiaconus,
b Cap. Ad
hac ibidem.